

Bartol Kašić:
Institutiones linguae Illyricae /
Osnove ilirskoga jezika

A. M. D. G.
INSTITVTIONVM
LINGVÆ ILLYRICÆ
LIBRIDVO.

Authore

BARTHOLOMAEO CASSIO
Curicēnsi Societatis
IESV.

EDITIO PRIMA.



RO MAE, Apud Aloysium Zannettum.
MDCIII.

Superiorum Permissu.

NA VEĆU SLAVU BOŽJU
OSNOVE
ILIRSKOGA JEZIKA
U DVIJE KNJIGE

Autor

BARTOL KAŠIĆ
Pažanin Družbe
Isusove

PRVO IZDANJE



U RIMU, kod Alojzija Zannettija
1604.

S dopuštanjem poglavara

APPROBATIO.

NOs Fr. Augustinus Quintius Spalateñ. Or
din. Præd. Dei & Apost. Sedis gratia Eps
Curzuleñ. vidimus, & accuratè percurrimus
has regulas Grammaticales in lingua no-
stra materna Illyrica per admodum R. P.
Bartho. Casium Curicen. confectas, quan-
tum iudicamus, nihil continèt, quod sit Ca-
thol. Doctrinæ, ac bonis moribus contrariũ.
In quorum fidem, &c. In Parochiali S. Nico-
lai de Campo Martio die 2. Aprilis 1604.

Idem Fr. Aug. Eps qui supra.

Imprimatur si placet R. P. M. S. P.
B. Gypsius Vicefgerens.

Imprimatur

F. Ioannes Maria Brasicchell. M. S. P. Apost.

ODOBRENJE

Mi, fra Augustin Kvinčić Splicićanin, reda
propovjednika, milošću Božjom i Apostolske
Stolice biskup korčulanski vidjeli smo i pomno
pregledali ova gramatička pravila u našem
materinskom ilirskom jeziku koja je sastavio
velečasni otac Bartol Kašić Pažanin. Koliko mi
možemo prosuditi, ona ne sadržavaju ništa što
bi bilo suprotno katoličkom nauku i ćudoređu.
U vjeru toga, itd. U župnoj crkvi Svetoga Nikole
na Marsovom polju dana 2. travnja 1604.

Isti fra Augustin biskup kao i gore

Neka se tiska, ako se sviđa velečasnom ocu
učitelju Svete Palače.

B. Gipsije, zamjenik

Neka se tiska.

F. Ivan Maria Brasicchelli,
učitelj Svete Palače Apostolske

AD ILLYRICAE
linguae Studiosos.



LLYRICAE lin-
guae Institutiones,
quas multi exopta-
bant, modò præpro-
pera fortassè festi-
natione, si minus
omni ex parte per-

fectas, pro viribus certè alacriter, studio-
sèque confeci. Nemo enim adhuc extite-
rat (quod sciam) quem authorem se-
qui possem, cuius præcepta de Illyrico
sermone litteris consignata prodierint.
Neque verò, ut opus hoc primus ag-
grederer, inducere animum potuissem,
nisi eorum accessisset autoritas, quo-
rum voluntati nefas est repugnare.
Quò autem ipsi consilio id fecerint, ut
& nostra è Societate delecti nonnulli
in hac lingua perdiscenda studium suum,
atque operam collocarent, & quò ijs di-

A 2 scendi

ONIMA KOJI UČE
ILIRSKI JEZIK

Osnove ilirskoga jezika, koje su mnogi
priželjkivali, ako i manje savršene u
svim dijelovima, dovršio sam prema
svojim snagama, doista s veseljem i
predanošću, možda samo u prevelikoj
žurbi. Nije se, naime, dosada pojavio
nitko (koliko znam) koga bih kao
pisca mogao slijediti i čija bi se pravi-
la o ilirskome govoru pojavila u
pisanom obliku. I ne bih se bio mogao
odlučiti da se kao prvi prihvatim toga
posla da nije bilo utjecaja onih čijoj se
volji nije dopušteno protiviti. A s
kojom su namjerom oni odredili da
odabrani pojedinci iz naše Družbe
svoj znanstveni rad i trud usmjere k
učenju ovoga jezika

scendi labor minueretur, eiusdem lingua Institutiones aliqua conscriberentur, facile is, ut opinor, intelliget, cui sit exploratum, quo in loco apud Illyricos hoc tempore res Christiana versetur. Nam, siue ob diuturnam, ac miseram cum Religionis Catholicae hostibus consuetudinem, siue ob magnam doctorum, proborumque Pastorum penuriam innumerabiles propemodum in tantis tenebris inscitiae iacent, ut caetera, quae ex inscitia oriuntur, mala taceantur; ut ne prima quidem Christianae Religionis elementa satis illorum plerisque sint nota. Quare sapienter est à nostrae Societatis Moderatoribus constitutum, ut eius nationis lingua vernacula, quae apud plurimos populos latissimè patet, addiscatur ab ijs, qui ad eos erudiendos idonei censeantur. Etenim non videbatur satis instituti nostri rationibus conuenire, cum tam
multi

te da se napišu kakve osnove toga jezika kako bi im se olakšalo učenje, lako će, mislim, razumjeti onaj kojemu je poznato u kakvu se položaju kod Ilira u ovo vrijeme nalazi kršćanstvo. Naime, ili zbog dugotrajnoga i nesretnoga druženja s neprijateljima katoličke vjere ili zbog velike oskudice učenih i čestitih pastira, neprojeni leže gotovo u takvoj tmini neznanja (da se i ne spominju ostala zla koja se iz neznanja rađaju) da većini od njih nisu dovoljno poznate ni prve osnove kršćanske vjere. Stoga su starješine naše Družbe mudro odlučili da ih oni koji se smatraju najsposobnijima da podučavaju nauče materinski jezik onoga naroda čiji je jezik najprošireniji u većini pučanstva. Činilo se, naime, da to ne odgovara dovoljno namjerama naše Ustanove jer se

multi ex nostris hominibus in extremos Orientis, Occidentisque fines mittantur assidue, qui in varijs illarum gentium dialectis cognoscendis, insudent, quæ gentes nunquam antea Christianis instituta sunt legibus, ut cum ijs de beata vita facilius agi possit; nationes aliæ propè finitimæ deserantur, quæ Christianæ, atque avitæ religionis nomen retinentes ob vnam rerum cognoscendarum, agendarumque ignorationem à maiorum suorum dignitate, splendoreque degenerent; ac tanquam incultæ arbores paulatim syluescentes, infructuosæ reddantur. Quapropter, quoad per temporis angustias licuit, linguæ huius de obto partibus orationis præcepta colligere, ac certâ quadam viâ rationeque tractare sum conatus: quò facilius, ac celerius possint eò, quò intendunt, qui eius perdiscendæ sunt cupidi, pervenire. Quòd, si cui fortè longiores Instituta

A 3 tiones

mnogi od naših ljudi neprestano šalju u najudaljenije krajeve Istoka i Zapada. Oni se muče učeći različite dijalekte onih naroda koji nikada prije nisu bili poučeni kršćanskim zakonima da bi s njima lakše mogli raspravljati o blaženome životu. A zanemaruju se drugi narodi u bliskom susjedstvu koji, zadržavajući ime kršćanske i djedovske vjere, jedino zbog toga što ne znaju što im je učiti i činiti, gube dostojanstvo i ugled svojih predaka poput zapuštena drveća koje polako zarastajući postaje neplodno. Stoga sam, koliko je dopustilo ograničeno vrijeme, pokušao skupiti pravila ovoga jezika o osam dijelova iskaza i obraditi ih nekom određenom metodom i načelom da bi oni koji ga žele naučiti lakše i brže mogli stići do cilja. A ako se komu možda ovakve Osnove

tiones huiusmodi videbuntur, cum oro, ne ab instituto cursu, propterea retardetur. Etenim nec pauca sunt perspicuitatis potius causa proposita, & pleraque caterorum similia nullam ferè novam difficultatem afferunt ad cognoscendum. Equidem in spem venio fore, vt multarum Institutionum beneficio, qualescumque tandem illæ sint, si vel pari industria, atque in Latinâ vel Græca lingua solent, in huius cognitione elaborent, non minores breui in ea processus esse facturos. Quod autem de orationis constructione, quam vocant, pauca quedam dumtaxat, eaque vniuersè tradiderim, nemo iure mirabitur, qui meminerit reliqua, vel cum alijs, quas norint, linguis esse communia, vel vsu potius, & exercitatione, quam doctrinæ præceptis contineri, vel non facile simul omnia ad artem posse reuocari.

Valete. Ro. 15. Cal. Maias. An. 1604.

INSTI-

čine predugima, njega molim da zbog toga ne zastane na započetom putu. Naime, mnogo je toga izloženo više radi preglednosti, a većina je toga slična ostalomu te ne donosi gotovo nikakvu novu teškoću za učenje. Doista se nadam da će mnogi uz pomoć ovih Osnova, kakve god da one jesu, ako se potruže u učenju ovoga jezika jednakom marljivošću kao što to običavaju u učenju latinškoga i grčkoga jezika, za kratko vrijeme postići ne manji napredak.

A što sam o konstrukciji iskaza, kako to nazivaju, samo nešto malo, i to općenito iznio, tome se neće s pravom čuditi nitko tko se sjeća da je ono što je preostalo ili zajedničko s onim jezicima koje znaju, ili se bolje obuhvaća uporabom i vježbom nego pravilima nauka, ili se sve zajedno ne može lako svesti u sustav.

Zdravi bili. U Rimu, 17. travnja 1604.

Napomena

Svi hrvatski primjeri iz izvornika ostavljeni su u prijevodu u izvornoj grafiji. Gdje god bi čitanje danas moglo biti dvojbeno, primjeri su doneseni i u suvremenoj grafiji u okruglim zagradama. Sačuvana je i izvorna Kašićeva akcentuacija. Ispravci pogrešaka popisani na kraju izvornika uneseni su u tekst prijevoda i označeni zvjezdicom.

INSTITVTIONVM⁷
LINGVÆ ILLYRICÆ
LIBER PRIMVS
DE LITTERIS, NOMINE,
ET PRONOMINE.

P A R S P R I M A,
D E L I T T E R I S.



*M totius locutionis, ac
scriptionis fundamentum
sint litteræ, earumq. forma,
nomina, ac torus, vt ipsa-
rum figura, distinctio, &
pronunciatio facillè persi-
pantur, meritò de ijs pri-
mo loco agendum est. Animaduerti enim in
hominum meæ nationis scriptis minus con-
gruam litterarum varietatem incredibile le-
gentibus fuisse negotium. Quoniam autem
munus est, & officium litterarum, conseruare,
ac tueri dictiones, easque integro sono enun-
ciare, curabo diligenter, vt sublati superua-*

Δ 4 cancis

OSNOVE
ILIRSKOGA JEZIKA
PRVA KNJIGA
O SLOVIMA, IMENU
I ZAMJENICI

P R V I D I O
O S L O V I M A

Budući da su slova, njihovi oblici, imena i zvuk temelj cjelokupnoga govorenja i pisanja, s pravom treba o njima govoriti na prvom mjestu da bi se lako mogao uočiti njihov oblik, razlikovnost i izgovor. Primijetio sam, naime, da u spisima ljudi mojega naroda nedovoljno ujednačena raznolikost slova stvara čitateljima nevjerojatnu teškoću.

Kako je zadaća i dužnost slova čuvati i štiti riječi i omogućiti da se one izgovaraju s potpunim zvukom, pobrinut ću se pomno da, uklonivši suvišna,

8 INST. LING. ILLYR.

caneis, eas litteras in Alphabetum conferam, quæ & necessaria ad prononciationem sunt, & quam paucissima à Latinis litteris forma. sonoque differant.

Exponam itaque hîc maiusculam, ac minusculam formam litterarum; quas deinde in præcipua quasi capita diuidam tum declarabo, quid sit Accentus, Apostrophus, Syllaba, Diclîo: Postremò nonnihil addendum erit de Articulo, & Dialecto.

ALPHABETVM.

Aa, Bb, Cc, Çç, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Ss, Tt, Vv, Vv, Xx, Yy, Zz.

DE VOCALIBVS, ET DIPHTHONGIS. Cap. I.

Litteræ vocales eadem sunt nobis, ac Latinis, a, e, i, o, u: de quarum prononciatione nihil occurrit dicendum, quod à latino sono differat.

2 Diphthongi sunt septem, aa, ee, ii, oo, uu, & æ. Sex prioribus vtuntur auctores maioris declarationis gratia. Æ, autem ut distinguantur nomina fœminina à masculinis,

u abecedu skupim ona slova koja su nužna za izgovor i koja se oblikom i zvukom što manje razlikuju od latinskih slova.

Izložit ću stoga ovdje veliki i mali oblik slova, zatim ću ih podijeliti u zasebna poglavlja. Tada ću objasniti što je akcent, apostrof, slog i riječ. Naposljetku će biti potrebno dodati nešto o članu i dijalektu.

ABECEDA

Aa, Bb, Cc, Çç, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Ss, Tt, Vv, Vv, Xx, Yy, Zz.

O SAMOGLASNICIMA I DVOGLASIMA

Poglavlje I.

Samoglasnici su isti u nas i u Latinâ: a, e, i, o, u. U njihovu izgovoru nema ništa različitoga od njihova zvuka u latinskom jeziku što bi trebalo spomenuti.

2. Dvoglasa ima sedam: aa, ee, ie*, ii, oo, uu i æ. Prvih šest pisci rabe radi veće izražajnosti. Æ će služiti za razlikovanje imena ženskoga roda od onih muškoga roda.

nis, erit in usu. Idem nonnulli faciunt in duplicandis consonantibus: quod nemini no-uum videri debet, quandoquidem hoc ipsum fit à Latinis, & Græcis. Ex nostris dictio-nibus adhoc ostendendum satis erunt hæ:
 Mukka, tormentum; & Mûka, farina.

3 ¶ *a a, facit, a, longius, ut, Vlastélaa, no-bilium.*

e e, facit, e, longius, ut, Xenee, mulieris.

e, facit, e, quæ erit sæpe in usu.

pro, e e, præsertim in fine dictionis.

i e, facit, i, & e, semiuocales, ut Tieh, istorum.

ij, facit, i, longius, ut, Lovij, uenatur.

oo, facit, o, longius, ut, Plood, fructus.

uu, facit, u, longius, ut, Muux, uir.

DE LITTERIS CONSONANTIBVS SIMPLICIBVS.

Cap. II.

1 **C**onsonantes sunt viginti, *be, ce, de, ef, ga, he, ka, el, em, en, pe, qvu, er, es, te, vi, xi, yi, zi.*

2 *Ex his nullam habent diuersitatem soni, b, d, l, m, n, p, r, t, qui nobis cum latinis non sit communis. Reliquarum uerò pronuncia-tio singillatim explicanda est.*

De

Neki čine istu stvar udvajanjem suglasnika, što se nikomu ne treba činiti nečim novim jer to isto čine i Latini i Grci.

Od naših će riječi biti dovoljno pokazati ove: *mukka*, tormentum i *mûka*, farina.

3. *aa* daje dugo *a* kao u *vlastélaa*, nobilium, *ee* daje dugo *e* kao u *xenée* (*ženē*), mulieris, *ae* daje *e* koje će se često rabiti umjesto *ee*, osobito na kraju riječi,

ie daje *i* i *e*, polusamoglasnike kao u *tieh* (*tijeh*), istorum,

ij daje dugo *i* kao u *lovij* (*lovī*), uenatur,

oo daje dugo *o* kao u *plood*, fructus,

uu daje dugo *u* kao u *muux* (*muž*), uir.

O SLOVIMA ZA JEDNOSTAVNE SUGLASNIKE

Poglavlje II.

1. Suglasnika ima dvadeset: *be, ce, či**, *de, ef, ga, he, ka, el, em, en, pe, qvu, er, es, te, vi, xi, yi, zi.*

2. Među njima *b, d, l, m, n, p, r, t* nemaju nikakvu raznolikost u zvuku koja ne bi bila zajednička i nama i Latinima. Izgovor osta-lih pak treba pojedinačno izložiti.

De littera C c.

C c, ante, uel post uocalem, & consonantem excepta, h, pronuntiatur, ut apud Latinos ante vocales, e, & i: ut, dicet, dicit. Sic etiam apud nos: Rêcce, dixit: Rîci, uerba: Béc, Vienna nomen urbis: Clouik, homo. Clán, articulus.

De littera Ç ç.

Ç ç, ante, uel post uocalem, & consonantem pronuntiatur, ut apud Latinos littera, t, in his uociòus (etiam, sapientia) & apud Italos, z, in his (zoppo, zuccaro:) sic apud nos, Çéfar, Cæsar: Çîlo, integrum: Çvît, flos.

De littera F f.

F f, si ante se habeat consonantem lenius pronuntiatur, ut, Sfêti, Sanctus.

De littera G g.

G g, ante, & post uocalem, & consonantem, nisi sequatur, i, semiuocalis, pronuntiatur, ut apud Latinos ante, a, o, u, in his Garrulus, Lego, Gula: & apud Italos, gh, ut (Leghe, Salghino:) sic apud nos Garmii, tonat:

O slovu Cc /č/

Cc se ispred ili iza samoglasnika i suglasnika, izuzevši h, izgovara kao u Latina ispred samoglasnika e i i kao dicet, dicit. Tako i u nas rêcce (reče), dixit, rîci (riči), uerba, Béc (Beč), Uienna nomen urbis, clouik (človik), homo, clán (član), articulus.

O slovu Çç /c/

Çç se ispred ili iza samoglasnika i suglasnika izgovara kao u Latina slovo t u ovim riječima: etiam, sapientia i kao u Talijana z u ovim riječima: zoppo, zuccaro, a tako i u nas Çésar (cesar), Caesar, çîlo (cilo), integrum, çvît (cvit), flos.

O slovu Ff

Ff se izgovara blaže, ako ispred sebe ima suglasnik kao sfêti (sveti), sanctus.

O slovu Gg

Gg se ispred i iza samoglasnika i suglasnika, osim ako slijedi polusamoglasnik i, izgovara kao u Latina ispred a, o, u u ovim primjerima: garrulus, lego, gula i kao u Talijana gh u leghe, salghino. Tako i u nas garmii (grmi), tonat;

nat: Gizdàvi, elegans: Bòg, Deus. Ante consonantem autem, praesertim, l, cum proximè sequitur uocalis, a, uel o, profertur, ut apud Latinos (Gladius, Gloria:) Sic apud nos, Glàva, caput: Gràd, vrbs. Quod si post, gl, sit tantum uocalis, i, proferetur, ut (figli, egli:) sic Zèmgli; nisi sit, ghl, ut, Dvighli. Quando verò inter, gl, & uocales, a, e, o, u, ponitur semiuocalis, i, pronunciat, ut apud Italos in his (Figlia, figlie:) sic apud nos, Zemglià, terra: Zèmgliu, terram. Quod quidam omittentes ambiguum uocum pronunciationem faciunt.

De littera H h.

H h, est littera consonans, & pronunciat, ex gutture ante, uel post uocales, & consonantes, ut, Pihati, anhelare: Haznà, thesaurus. Himbennih, decipientium: Hrèv, truncus; Hglib, panis. Aliquando autem est aspirationis nota, praesertim post litteras, c, & g, ut, Slavicch, Philomela: chamen, saxum: Dvighnu, sustulit.

De littera K k.

K k, pronunciat, ante, & post uocales, & consonantes, ut, apud Latinos, c, in his, caput, comes, cursus: & apud Italos, ch, ut, (che,

gizdàvi, elegans; Bòg, Deus. Ispred suglasnika pak, osobito l, kada odmah iza slijedi samoglasnik a ili o, izgovara se kao u Latina gladius, gloria. Tako i u nas glàva, caput; gràd, urbs. A ako bi iza gl bio samo samoglasnik i, izgovaralo bi se kao figli, egli. Tako i zèmgli (zemlji), osim ako bi bilo ghl kao dvighli (dvigli). Kada se pak između gl i samoglasnika a, e, o, u umetne polusamoglasnik i, izgovara se kao u Talijana u ovim primjerima: figlia, figlie. Tako i u nas zemglià, (zemlja), terra, zèmgliu (zemlju), terram. Neki to ispuštaju i ostvaruju dvojak izgovor.

O slovu Hh

Hh jest suglasnik i izgovara se iz grla prije ili poslije samoglasnika i suglasnika kao *pihati*, anhelare; *haznà*, thesaurus; *himbennih*, decipientium; *hrèv*, truncus; *hglib* (*hljib*), panis. Ponekad je znak aspiracije, osobito iza slova *c* i *g* kao *Slavicch* (*slavić*), *Philomela*; *chamen* (*kamen*), *saxum*; *dvighnu* (*dvignu*), *sustulit*.

O slovu Kk

Kk se ispred i iza samoglasnika i suglasnika izgovara kao u Latina *c* u ovim primjerima: *caput*, *comes*, *cursus* i kao u Talijana *ch*, *u che*, *chi*.

12 INST. LING. ILLYR.

(che, chi:) sic apud nos, Káram, uel Cháram, arguo: utroque enim modo scribitur à nonnullis, Kùchia, domus: Kládda, compes.

De littera, Qq.

Qq, pronunciat, ut apud Latinos: apud nos tamen coniungitur cum, v, consonante pro, u, uocali, ut, Qvâs, fermentum. Qvòcka, gallina habens pullos.

De littera, Ss.

Ss, pronunciat, cum minimo quodam sibilo, ut, Siver, Aquilo: Mésò, caro, neque audienti sunt ij, qui dicunt multiplicem esse ipsius pronunciationem, si sola sumatur ante uocalem.

De littera Vv.

Vv, sic deformata, est consonans ante & post quamcumque uocalem, & consonantem, ut, Voynik, miles: Veccér, uesper: Plâv, nauicula: sicut apud Latinos, u, in his (uale, uolo.) Nonnulli tamen usurpant, f, uel, u, pro hac ipsa, v.

De littera, Xx.

Xx, pronunciat, tono leni, ut, femi, sz, uel

Tako i u nas káram ili cháram (karam), arguo. Neki pišu na oba načina: kùchia (kuća), domus, kládda (klada), compes.

O slovu Qq /kv/

Qq se izgovara kao u Latina. U nas će se, ipak, povezati sa suglasnikom v umjesto samoglasnika u kao qvâs (kvas), fermentum, qvòcka (kvočka), gallina habens pullos.

O slovu Ss

Ss se izgovara s nekim vrlo malim piskom kao siver, aquilo, mésò, caro, a ne treba slušati one koji kažu da je njegov izgovor višestruk ako je s samo pred vokalom.

O slovu Vv

Vv u ovakvu obliku jest suglasnik ispred i iza bilo kojeg samoglasnika i suglasnika kao voynik (vojnìk), miles, veccér (večer), uesper; plâv, nauicula kao što je u Latina u u ovim primjerima: uale, uolo. Neki pak rabe f ili u umjesto v.

O slovu Xx /ž/

Xx se izgovara s blagim glasom kao polu sz /š/ ili

LIB. I. PARS I. 13
*uel semi, sg, coniuncta tamen; ut, Xenà,
mulier.*

De littera Y y.

*Y y, semper est consonans eo modo, quo apud
Latinos, i: etiamsi a quibusdam pro uocali,
i, aliquandò usurpetur. At apud politiores
semper est consonans.*

De littera Z z.

*Z z, pronuntiatur ante uocales, & consonan-
tes, ut in his uocibus apud Italos: zero,
zenzala: sic apud nos paulò tamen lenius in
his, zátilak, occiput: zemglià, terra; zìma,
hiems.*

DE MULTIPPLICIBVS
consonantibus simul iunctis.

Cap. III.

De litteris cch, &, ck.

Littera, cch, ante uocalem, i, pronuncian-
tur, ut apud Italos in his uocibus. (occhi,
fenocchi;) sic apud nos (Mocchi, uires:
òpccchina, communitas.) Aliqui omittunt
primam litteram, c, quod non placet. Litte-
ra autem, ck, separatim pronuntianda sunt,
qualibet suo tono, ut, kùcka, cat ella: Qvòcka
galli-

polu sg /ž/, ali ipak povezano kao *xenà* (*žena*),
mulier.

O slovu Yy /j/

Yy jest uvijek suglasnik na onaj način na koji je
to u Latina *i* premda ga neki katkad rabe kao
samoglasnik. Ali kod ugladenijih je uvijek
suglasnik.

O slovu Zz

Zz se ispred samoglasnika i suglasnika izgovara
kao u Talijana u ovim riječima: zero, zenzala.
Tako i u nas, ipak malo blaže, u *zátilak*, occiput;
zemglià (*zemlja*), terra; *zìma*, hiems.

O SUGLASNIČKIM¹
SKUPOVIMA

Poglavlje III.

O slovima cch /č/ i ck /čk/

Slova *cch* pred samoglasnikom *i* izgovaraju se
kao u Talijana u ovim riječima: occhi, fenocchi.
Tako i u nas *mocchi* (*moči*), uires; *òpccchina*
(*opčina*), communitas. Neki ispuštaju prvo slovo
c što nije ispravno. A slova *ck* valja izgovarati
odvojeno, nekim vlastitim glasom kao *kùcka*
(*kučka*), catella; *qvòcka* (*kvočka*), gallina.

¹ Prema izvorniku točnije "o višestruko složenim suglasnicima".

14 INST. LING. ILLYR.

gallina pullos habens. In eiusmodi dictionibus post, c, melius erit scribere, k, quam, ch, ne legentes pronuncient unitas.

De litteris, chi.

Littera, i, inter ch, & uocales a, e, o, u, fit semiuocalis, ut apud Italos in his, (Occhietti, occhiali:) sic apud nos, Hochiù, uolo: Hòchiesc, uis: etiam si sit una, c, ante, b.

De litteris gn, ggn, & ghn.

Littera, gn, ante & post uocales, & consonantes pronunciantur ferè semper, ut apud Latinos in his, (magna, magni, magnus) sic apud nos, Pòmagna, attentio: Màgni, minor: Ogàgn, ignis. Quod si ponatur altera consonans ante, gn, suum non amittet sonum ut patet in dictione, Oggnà, ignis; Kgnàst, mancus; ggnilla, argilla; oggnillo, igniarium. Nonnulli solent, ponere semiuocalem, i, inter, gn, & uocalem, e; Mibi uidetur non esse necessaria. Si autem interponatur inter g, & n, (ut in his odàghnan, abactus. Dvighnùt, elatus) aspiratio, h; pronunciantur da erit, gb, ut supradictum est, quando sola, g, est ante uocalem, a, o, u.

De

U takvim riječima* iza *c* bit će bolje pisati *k* nego *ch* da ih čitatelji ne bi izgovarali zajedno.

O slovima *chi* /*či*/

Slovo *i* između *ch* i samoglasnika *a, e, o, u* postaje polusamoglasnik kao u Talijana u ovim riječima: *occhietti, ochiali*. Tako *i* u nas *hòchiu, uolo; hòchiesc (hoću, hoćeš)*, *uis*, makar je ispred *h* jedno *c*.

O slovima *gn* /*ni*/, *ggn* /*gni*/, *ghn*/*gn*/

Slova *gn* ispred *i* iza samoglasnika i suglasnika izgovaraju se gotovo uvijek kao u Latina u ovim riječima: *magna, magni, magnus*. Tako *i* u nas *pòmagna (pomnja)*, *attentio; màgni (manji)*, *minor; ogàgn, (oganj)*, *ignis*. A ako bi se ispred *gn* stavio drugi suglasnik, on ne bi izgubio svoj zvuk kao što je očividno u riječi *oggnà (ognja)*, *ignis; kgnàst (knjast)*, *mancus; ggnila (gnjila)*, *argilla; oggnillo (ognjilo)*, *igniarium*. Neki obično stavljaju polusamoglasnik *i* između *gn* i samoglasnika *e*. Meni se čini da to nije nužno. Ako bi se pak između *g* i *n* stavila aspiracija *h* kao u riječima *odàghnan (odagnan)*, *abactus; dvighnùt (dvignut)*, *elatus*, valjat će *gh* izgovarati kao što je gore rečeno, odnosno kao kad samo *g* stoji ispred samoglasnika *a, o, u*.

De litteris Sc, & Sct̄.

*Littera, Sc, tono coniuncto semper pronuncian-
da sunt, ut apud Latinos in his (Discedo, scin-
do) Sic apud nos: Sluścám, audio: Púłce, flat.
Násci, nostri: Rowásc, tessera: Sctényc, le-
ctio: Sctò, quid. Aliqui ex his postremis abj-
ciunt, s, ita, ctényc, ctò.*

De litteris Kfc.

*Littera sic copulata, Kfc, uel, chfc, retinent
suum tonum, ac si essent per se, K, uel ch, &
fc; ut, in his: Mikśca, Vekśca,*

DE TONO ET APOSTROPHO.

Cap. IIII.

C*um sine tono, seu accentu legi perspicue
non possit, ostendendum est breuiter quo-
tuplex sit. Videtur autem necessarius esse
triplex.*

- 1 *Acutus, cuius hæc est notula, á; Munus
autem, & uis erit, attollere tonum syllabæ,
cui superponetur.*
- 2 *Gravis, cuius hæc est notula, è; Munus
verò, & uis erit, deprimere tonum syllabæ
ita ut appareat maior grauitas, ubi est hic
accen-*

O slovima sc /š/, set /št/

Slova *sc* uvijek valja izgovarati povezanim glasom kao u Latina u ovim riječima: *discedo*, *scindo*. Tako i u nas *sluścám* (*slušam*), *audio*; *púłce* (*puše*), *flat*; *násci* (*naši*), *nostrī*; *rowásc* (*rovaš*), *tessera*; *sctényc* (*šten'je*²), *lectio*; *sctò* (*što*), *quid*. Iz tih posljednjih primjera odbacuju neki *s*, tako *ctényc* (*čten'je*), *ctò* (*čto*).

O slovima ksc /kš/

Slova *ksc* /kš/ ili *chsc* /kš/ ovako povezana zadržavaju svoj glas i kad bi *k* ili *ch* i *sc* stajali sami za sebe kao u ovim riječima: *Mikśca* (*Mikša*), *veksca* (*vekša*).

O TONU I APOSTROFU

Poglavlje IV.

Budući da se bez tona ili akcenta ne može razgovjetno čitati, treba ukratko pokazati kolikovrstan je. Čini se pak da treba biti trovrstan.

1. Oštri (akut), čiji je znak ovaj: á. Zadaća i djelovanje bit će podignuti ton sloga na koji bude postavljen.
2. Teški (gravis), čiji je znak ovaj: è. Zadaća i djelovanje bit će spustiti ton sloga tako da se pojavi veća težina tamo gdje jest taj akcent

² U primjerima kao *šten'je*, *čten'je* i *govoren'je* (vidi str. 67) znakom ¹ označuje se nesliven izgovor.

16 INST. LING. ILLYR.

accentus, quam ubi nullus est. (Verè hoc ipsum usus docebit melius.) Quod benè notat Iacobus Gretserus noster capite 22. de Accentibus, ubi ait; ῥὸς, non esse legendum elata ultima syllaba, quasi esset ῥὸς; sed depressa: ex quo inter acutum, & grauem accentum satis apparet distinctio: sic apud nos in his: Sedlò, ephippium: Veslò, remus: Tih, placidus.

- 3 *Protractiuus, seu circumflexus, cuius fit ex præcedētibus notula sc̄, o: Munus uerò, & uis erit, ostendere, attollendum, & protrahendū esse tonum, uel diphthongi, quæ sit ex bina uocali, uel syllaba, quæ abiecta altera uocali ex diphthongo eiusdem retinet pronunciationem, ut, Mnoux, multitudo. Meed, mel, siue Mnòx, & Méd.*
- 4 *Animaduertèdum est autem in eadē dictione duos à nobis accentus nonnunquam poni: Interdum uerò ne unum quidem.*
- 5 *Quid uerò sit Apostrophus perpaucis accipe. Apostrophus est nota hæc s', reiecta uocalis, ut, s' drivom, cum ligno: K' Rímu, ad Urbem, pro, sà drivom. Ka Rímu. A nonnullis tamen notula apostrophæ non rectè omititur.*

nego tamo gdje nema akcenta. (Ali to će bolje podučiti uporaba.) Kao što dobro bilježi naš Jakob Gretser u 22. poglavlju o akcentima, gdje kaže da θεός ne valja čitati s podignutim posljednjim slogom kao da stoji θεός, već sa spuštenim. Po tome se dovoljno jasno pokazuje razlika između oštrog i teškog akcenta. Tako i u nas u ovim primjerima: *sedlò*, ephippium; *veslò*, remus; *tih*, placidus.

3. Otegnuti ili zavnuti (circumfleks), čiji znak nastaje od prethodnih, ovo je: ô. Zadaća pak i djelovanje bit će pokazati da ton treba podignuti i otegnuti, i to ili ton dvoglasa koji nastaje od dva samoglasnika ili sloga koji, odbacivši drugi samoglasnik iz dvoglasa, zadržava njegov izgovor kao *mnoax*, multitudo; *meed*, mel ili *mnòx* (množ) i *mèd* (med).
4. Treba obratiti pozornost na to da mi ponekad u istoj riječi stavljamo dva naglaska, a katkad nijedan.
5. A što je apostrof, poslušaj ukratko. Apostrof je ovaj znak: s' - za izbačeni samoglasnik kao *s' drivom*, cum ligno; *k' Rímu*, ad Urbem, umjesto *sà drivom*, *ka Rímu*. A neki pak, nepravilno, znak za apostrof izbacuju.

DE SYLLABA ET DICTIONE

Cap. V.

Indicandum est hic quomodo ex vocalibus, & consonantibus iam declaratis fiat syllaba; atque ex una, aut pluribus syllabis constetur dictio.

De Syllaba.

Syllaba est coniunctio duarum, aut plurium litterarum uno spiritu, ac sub uno accentu pronunciatarum: ut, Bi, fuit; Sin, filius. Numerus autem litterarum in syllaba est minus proprius unius, ut, à, ò; magis uerò duarum, trium, quatuor, quinque, aut etiam sex litterarum, ut, Kgnàst, mancus.

De Dictione.

Dictio est uox constata ex una, aut pluribus syllabis, reique alicuius significatiua; quæ & si per se posita nullius est certi, clarique sensus; coniuncta tamen magis, minusue demonstrat id, quod significat. Incertum enim est quid significet hæc dictio, Pettar, Petrus. Certius fit, si dixeris, Pettar yest Namistnik Isùkarstov, Petrus est Vicarius Iesu Christi.

B DE

O SLOGU I RIJEČI

Poglavlje V.

Ovdje treba pokazati kako iz već prikazanih samoglasnika i suglasnika nastaje slog i kako se iz jednog ili više slogova stvara riječ.

O slogu

Slog je povezivanje dvaju ili više slova izgovorenih u jednom dahu i pod jednim akcentom kao *bi*, *fuit*; *sin*, *filius*. Broj slova u slogu rjeđe je jedan kao *à*, *ò*, a češće je da slog ima dva, tri, četiri, pet ili pak šest slova kao u *kgnàst* (*knjast*), *mancus*.

O riječi

Riječ je niz glasova sastavljen od jednoga ili više slogova koji označuje neku stvar. Premda ona sama za sebe nema određena i jasna smisla, ipak povezana s drugima više ili manje pokazuje ono što znači. Neodređeno je, naime, što znači ova riječ: *Pettar*, *Petrus*. Određenije postaje ako kažeš: *Pettar yest namistnik Isùkarstov* (*Petar jest namisnik Isukrstov*), *Petrus est Vicarius Iesu Christi*.

DE ARTICVLO ET DIALECTO.

Cap. V I.

INter loquendum nos articulis non utimur, ut faciunt Græci: auctoritate tamen Latinorum Grammaticorum adducor pænè, ut nominibus declinandis pronomem, ΟΥΙ, ΟΥΑ, ΟΥΟ: hic, hæc, hoc, in omnibus casibus proponam. Verum id planè nullius emolumenti; sed molestiæ negotium plenum esse censeo. Quarè casuum dumtaxat appellationes una, aut altera ex primis litteris ostendendas curabo, uel etiam in recto tantum pronomem distinctiuum generum quasi articulum adscribam.

De Dialecto.

Quamquam omnibus fermè orationis partibus, de quibus paulò post acturi sumus variæ Dialecti accidant pro uarietate Prouinciarum, & Urbium: quoniam tamen neque mihi tantum est otij, ut, quæ cuiusque Urbis, ac Prouincie propria Dialectus sit, hoc tempore perscribam, neque habita ratione finis, propter quem hæ Institutiones conscribuntur, Studiofis linguæ Illyricæ multum in presentia commodi istiusmodi tractatio allatura est: idcirco de Dialectis age-

re

O ČLANU I DIJALEKTU

Poglavlje VI.

Mi se u govoru ne služimo članovima kao što to čine Grci. Ugledajući se, ipak, na latinske gramatičare, gotovo sam sklon pri dekliniranju imenica u svim padežima staviti zamjenicu *oví, ová, ovó*; hic, hæc, hoc. Ali smatram da je to ne samo beskoristan nego i dosadan posao. Zato ću se pobrinuti da nazivi padeža budu pokazani barem jednim ili drugim od prvih slova, a samo ću u nominativu dopisati zamjenicu koja razlikuje rod kao član.

O dijalektu

U gotovo svim dijelovima iskaza, o kojima malo poslije namjeravamo raspravljati, odražavaju se različiti dijalekti prema različitosti pokrajina i gradova. Ipak, nemam toliko slobodnoga vremena sada propisivati koji je dijalekt svojstven kojemu gradu ili pokrajini. Osim toga, rasprava takve vrste, ako se uzme u obzir svrha radi koje se pišu ove *Osnove*, neće u sadašnjosti donijeti mnogo koristi onima koji uče ilirski jezik, stoga o dijalektima neću

re prætermittam. In illud autem serio incumbam, ut si minus optimam Idiomatis nostri rationem tradere potuero, certè optimæ proximam pro mea virili loquendi formam, quæ ab hominibus Illyricis intelligatur, cupidis auxilio harum Institutionum lingue Illyricæ addiscendæ proponam.

INSTITVTIONVM
LINGVÆ ILLYRICÆ
LIBRI PRIMI
PARS SECVNDA.



Ac secunda parte agendum est breuiter de Oratione, & de Nomine: Deinde de præcipua Nominis parte, quæ nomen Substantiæ, siue Substantiuum appellatur: quod in tria præcipua capita diuiditur, vt ijs prima, secunda, & tertia Substantiuorum nominum declinationes comprehendantur.

B 2 DE

raspravljati. Ozbiljno ću se pak, koliko god je u mojoj moći, potruditi da, ako već ne budem mogao dati najbolja pravila našega jezika, onima koji žele pomoć ovih *Osnova* u učenju ilirskoga jezika izložim govorni oblik najbliži najboljemu, i to takav kakav ilirski ljudi razumiju.

OSNOVE
ILIRSKOGA JEZIKA
PRVA KNJIGA
DRUGI DIO

U ovom, drugom dijelu valja ukratko raspraviti o iskazu i imenu, zatim o osobitoj vrsti imena koje se naziva ime supstancije ili imenica. Ona se dijeli na tri zasebna poglavlja tako da se njima obuhvaćaju prva, druga i treća deklinacija imenica.

DE ORATIONE, ET NOMINE.

Cap. 1.

- 1 **O** Ratio est apta connexio, atque dispositio uerborum ex dictionibus conflata ad aliquid significandum; ut, *Pètre misli ò smàrti*. *Petre cogita de morte*. Diuiditur autem Oratio etiam apud nos, ut apud Latinos in octo partes, hoc est, *Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbiu, Præpositionem, Interiectionem, & Coniunctionem*. Ex quibus quatuor, *Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium* declinantur. Reliquæ uerò sunt declinationis expertes: de quibus singulis suo loco tractabimus.
- 2 *Iam uerò ad primam Orationis partem propius accedamus, cuius hæc potest esse descriptio. Nomen est pars orationis declinabilis per casus, ac nullius significatiua temporis. Diuiditur autem Nomen in duas quasi species, Substantiuum, & Adiectiuum. De Adiectiuo hoc loco nihil. Substantiuum uerò est illud, quod in oratione per se esse potest, ut, *Voÿuòda zapouida, Dux imperat. Voynik poslúscá; miles obtemperat.**
- 3 *Commodè partiri potest Nomen Substantiuum in Nomen Proprium, Appellatiuum, & Collectiuum.*

Pro-

O ISKAZU I IMENU³

Poglavlje I.

1. Iskaz je odgovarajuće povezivanje i raspored riječi sastavljen od izričaja tako da nešto znači kao *Pètre misli ò smàrti* (*Petre misli o smrti*), *Petre cogita de morte*. U nas se, kao i u Latinâ, iskaz dijeli na osam dijelova⁴, to jest na ime, zamjenicu, glagol, particip, prilog, prijedlog, uzvik i veznik. Od njih se četiri mijenjaju: ime, zamjenica, glagol i particip. Ostali nemaju promjene, o njima ćemo pojedinačno raspravljati na za njih predviđenom mjestu.
2. Obradimo podrobnije prvi dio iskaza čiji opis može glasiti ovako: imena su dijelovi iskaza sklonjivi po padežima, a bez vremenskoga značenja. Imena se dijele u dvije vrste: imenice i pridjeve. O pridjevu na ovom mjestu neće biti riječi. Imenica je ono što u iskazu može stajati samo za sebe kao *voÿuòda zapouida* (*vojvoda zapouida*), *dux imperat*; *voynik poslúscá* (*vojník posluša*), *miles obtemperat*.
3. Imenice se prikladno mogu podijeliti na vlastite, opće i zbirne.

³ Imena (lat. nomina) u suvremenoj gramatici odgovaraju tzv. imenskim riječima koje obuhvaćaju: imenice, pridjeve, zamjenice i brojeve. Kašić imena dijeli samo na imenice i pridjeve (brojeve ubraju u pridjeve), a zamjenice navodi zasebno.

⁴ Dijelovi iskaza (lat. partes orationis) u suvremenoj gramatičkoj terminologiji odgovaraju vrstama riječi.

- 4 *Proprium est, quod certas res, personasque significat, ut, Iſus, Iesus: Rīm, Roma.*
- 5 *Appellatiuum est quod res incertas, & communes significat, ut, Krágl, Rex: Grád, Urbis; Città.*
- 6 *Colleſtiuum est quod numero etiam singulari significat multitudinem, ut, Púk, populus: Mnoxtvó, turba: Cegliád, familia.*
- 7 *Anomatum porro, siue inaequale (quod hoc loco consultò addo, cum de eo sæpè futura sit mentio) nomen est, quod aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo caret, uel diuersum est, ut, in ipsis declinationibus apparebit.*

De attributis partium Orationis.

- 8 *Quoniam attributa partium Orationis aliqua ex parte Nomini etiam Substantiuo conueniunt, hoc loco videntur proponenda.*
- Primum attributum est, Numerus, qui Nominum, Pronominum, Verborum, & Participiorum duplex est: Singularis, ut, Dīva, uirgo: Yá, ego: Gliúbim, amo. Pluralis, ut, Dīvæ, virgines: Mij, nos: Gliúbimo, amamus.*
- Secundum est, Casus, qui Nominum, Participiorum, & nonnullorum Pronominum sunt sex apud Latinos: apud nos uerò in singulari ferè semper sunt septem: in Plurali*
- B 3 pro-

4. Vlastita je ona koja označuje određene stvari i osobe kao *Isus*, Iesus; *Rīm*, Roma.
5. Opća je ona koja označuje neodređene i opće stvari kao *krágl* (*kralj*), rex; *grád*, urbs; *città*.
6. Zbirna je ona koja jedninom označuje mnoštvo kao *púk*, populus; *mnoxtvó* (*mnoštvo*), turba; *cegliád* (*čeljad*), familia.
7. Nadalje, nepravilna ili nejednaka imenica (koju namjerno dodajem na ovom mjestu jer će o njoj često biti spomena) jest ona kojoj nedostaje broj, rod, deklinacija, padež ili neka druga odrednica ili je u nekoj od njih različita od drugih, kako će se pokazati u samim deklinacijama.

O odrednicama⁵ dijelova iskaza

8. Budući da se odrednice dijelova iskaza jednim dijelom odnose i na imenice, čini se da ih treba izložiti na ovome mjestu.
- Prva je odrednica broj koji je kod imena, zamjenica, glagola i participa dvojak: jednina kao *dīva*, uirgo; *yá* (*ja*), ego; *gliúbim* (*ljubim*), amo i množina kao *dīvæ* (*dīve*), virgines; *mij* (*mi*), nos; *gliúbimo* (*ljubimo*), amamus.
- Druga je padež, kojih za imena, participe i neke zamjenice u Latina ima šest. U nas ih je u jednini gotovo uvijek sedam, a u množini,

⁵ Kašićev termin attributa obuhvaća osim danas uobičajenih gramatičkih kategorija roda, broja i padeža i tvorbene kategorije sastav i vrstu koje su zajedničke za više vrsta riječi.

22 INST. LING. ILLYR.

propter diuersitatem desinentiæ, & significationis sunt octo; quod contingit præcipue in nominibus Substantiuis. Sunt autem Casuum appellationes apud Latinos. Nominatiuus siue Rectus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, & Ablatiuus: quibus nos addimus in singulari casum Septimum, & in Plurali præter septimum etiam Octauum. Septimus in utroque numero erit concomitantiam, uel causam, uel modum, uel instrumentum significans. Octauus in Plurali tantum cum præpositione, id est, in, significabit statum in loco. In singulari enim pro hoc Octauo utimur Datiuo cum eadem præpositione.

Tertium sunt Genera præcipua, quæ tribuuntur nominibus, Masculinum siue Virile, Fæmininum, siue Muliebre, & Neutrum. Primum demonstratur hoc Articulo Ovi, hic: ut, Ovi Gospodár moy naucèn; hic Dominus meus doctus. Secundum hoc, Ová, hæc: ut, Ová devóyka moyà naucenna; hæc ancilla mea docta. Tertium, Ovó, hoc; ut, Ovó róbce moyè naucenno: hoc mancipium meum doctum. Ex his tribus nascuntur apud Latinos Commune duorum, & Commune trium. Apud nos uerò uix reperitur Commune duorum, cui præponemus, Ovi, & Ová: hic, & hæc: ut, Ovi, & Ová Poglávica, hic, & hæc Princeps. & hujc similia.

De

zbog različitosti završetka i značenja, osam. To biva poglavito kod imenica. Latini imaju nazive za padeže: nominativ ili uspravni padež, genitiv, dativ, akuzativ, vokativ i ablativ. Ovim padežima mi u jednini dodajemo sedmi padež, a u množini uz sedmi i osmi padež⁶. Sedmi će padež u oba broja označavati pratnju, uzrok, način ili sredstvo. Osmi će, samo u množini, s prijedlogom *ù*, to jest in, označavati stanje na mjestu. U jednini se, naime, umjesto osmoga padeža služimo dativom s istim prijedlogom.

Treća su odrednica zasebni rodovi koji se pripisuju imenima: muški ili muževni, ženski ili ženstveni i srednji.

Prvi se pokazuje članom *ovi*, hic kao *ovi gospodár moy naucèn* (*ovi gospodar moj naučen*), hic *dominus meus doctus*. Drugi članom *ová*, hæc kao *ová devóyka moyà naucenna* (*ova devojka moja naučena*), hæc *ancilla mea docta*. Treći članom *ovó*, hoc kao *ovó róbce moyè naucenno* (*ovo robče moje naučeno*), hoc *mancipium meum doctum*.

Od tih triju nastaju u Latina zajednički oblici za dva i zajednički za tri roda. U nas se pak rijetko nalazi zajednički oblik za dva roda pred koji ćemo staviti *ovi* i *ová*, hic et hæc kao *ovi* i *ová poglávica* (*poglavica*), hic et hæc princeps i tome slično.

⁶ Sedmi padež odgovara današnjem instrumentalu, a osmi lokativu.

De Coniugationibus, Modis, Temporibus, & Personis uerborum suo loco dicetur.

Figurae Nominum sunt duae. Simplex, ut, Mudâr, prudens: Gospodîn, Dominus: Yerè, quia. Composita, ut, Isûkarst, Iesus Christus: Sfmògi, omnipotens: Nigdâr, nunquam.

Species uerò sunt etiam duae. Primitiua ut Otàç, pater. Deriuatiua, ut, Ocèv, paternus.

DE PRIMA NOMINIS SVBSTANTIVI DECLINATIONE.

Caput I I.

I Prima haec declinatio est Masculinorum & Neutorum. Quaedam Masculinorum propria, tum appellatiua in recto ferè desinunt in unam, duas, uel tres consonantes, ut, Isûs, Iesus: Naucitegl, magister: Kârst, Christus. Quaedam uerò, & præcipuè Diminutiua desinunt in uocales, è, & ò, ut, Pétre, Piro: Petrus. Márko, Marcus. Gárgo, Gregorius.

Neutra autem ferè desinunt in e, & o, & sunt Appellatiua: ut, Vrîme, tempus: Sârçe, cor: & Nebbo, caelum, & alia huiusmodi.

Genitiuus singularis omnium desinit in, a. Datiuus in, u. Accusatiuus in, a. Vocatiuus in, e, uel in quibusdam in, o. Ablatiuus in, a,

B 4 cum

O konjugacijama, načinima, vremenima i licima glagola bit će riječi na za njih predviđenom mjestu.

Imena imaju dva sastava: jednostavan kao mudâr, prudens; gospodîn, dominus; yerè (jere), quia i složen kao Isûkarst (Isukrst), Iesus Christus; sfmògi (svemogi) omnipotens; nigdâr, nunquam.

I vrste imena su također dvije: ishodišna kao otàç (otac), pater i izvedena kao ocèv (očev), paternus.

O PRVOJ DEKLINACIJI IMENICE

Poglavlje II.

1. Ta prva deklinacija jest deklinacija imenica muškoga i srednjega roda. Neke imenice muškoga roda, i vlastite i opće, u nominativu uglavnom završavaju na jedan, dva ili tri suglasnika kao Isûs, Iesus; naucitegl (naučitelj), magister; Kârst (krst), Christus. Neke pak, poglavito umanjenice, završavaju na samoglasnike è i ò kao Pétre, Piro, Petrus; Márko, Marcus; Gárgo (Grgo), Gregorius.

Imenice srednjega roda uglavnom završavaju na e i o i one su opće kao vrîme, tempus; sârçe (srce), cor; nebbo, caelum i druge takve.

Genitiv jednine svima završava na a, dativ na u, akuzativ na a, vokativ na e ili nekima na o, ablativ na a

24 INST. LING. ILLYR.

cum præpositione, od, qua potest tribui etiam Genitiuo. Septimus casus in, om, uel interdum in, em, cum præpositione, sa, uel, s', uel sine ea.

- 2 *Nominatiuus pluralis Masculinorum in i, & Neutorum in, a. Genitiuus Masculinorum in, ov, interdum in, ev, aa, ij, uel â, î. Neutorum in, aa, uel, ij, præcipuè. Datiuus in, om, & aliquando in, em. Accusatiuus Masculinorum in, i, uel, e; & Neutorum in, a. Vocatiuus Masculinorum in, i. Neutorum in, a. Ablatiuus similis est Genitiuo. Septimus in, imi, uel, ima, uel, ij, quorundam. Octauus casus in, ib.*

PRIMA DECLINATIO
NOMINIS SUBSTANTIVI.

Exemplum Primum.

Nominis Proprij imparisyllabi.
numero singulari.

Nom.	Oví Isùs.	hic Iesus.
Gen.	Isùsfa.	Iesu.
Dat.	Isùsfu.	Iesu.
Acc.	Isùsfa.	Iesum.
Voc.	ò Isùsse.	ò Iesu.
Abl.	od Isùsfa.	à Iesu.
Sept.	s'Isùsfom, uel, em. cum Iesu.	

Exem-

s prijedlogom *od*, koji može biti dodan i genitivu. Sedmi padež završava na *in*, *om* ili katkad na *em* s prijedlogom *sa* ili *s'* ili bez njega.

2. Nominativ množine imenica muškoga roda završava na *i*, srednjega roda na *a*. Genitiv imenica muškoga roda na *ov*, katkad na *ev*, *aa* /*a*/, *ij* /*i*/ ili *â*, *î*, srednjega roda na *aa* /*a*/ ili osobito na *ij* /*i*/ . Dativ na *im*, *om* i nekada na *in*, *em*. Akuzativ imenica muškoga roda na *i* ili *e*, srednjega na *a*. Vokativ imenica muškoga roda na *i*, srednjega na *a*. Ablativ je sličan genitivu. Sedmi padež na *imi* ili *ima* ili kod nekih na *ij* /*i*/ . Osmi padež završava na *ih*.

PRVA DEKLINACIJA
IMENICE

Prvi primjer

Vlastita nejednakosložna imenica

Jednina

Nom.	oví Isùs	hic Iesus
Gen.	Isùssa	Iesu
Dat.	Isùssu	Iesu
Ak.	Isùssa	Iesum
Vok.	ò Isùsse	ò Iesu
Abl.	od Isùssa	à Iesu
Sedmi	s Isùssom ili em	cum Iesu

Exemplum secundum.

Nominis Proprij parisyllabi.

Numero singulari.

<i>Nom.</i>	<i>Oví</i> Pettar.	<i>hic</i> Petrus.
<i>Gen.</i>	Pètra.	Petri.
<i>Dat.</i>	Petrù.	Petro.
<i>Acc.</i>	Pètra.	Petrum.
<i>Voc.</i>	ò Pètre.	ò Petre.
<i>Abl.</i>	od Pètra.	à Petro.
<i>Sept.</i>	s'Pètrom.	cum Petro.

Admonitio.

- 1 *Ad hæc exempla reuocantur ferè omnia Nomina cum propria imparisyllaba, hoc est, quæ plures habent syllabas in casibus obliquis, quam in Recto; tum Propria parisyllaba, hoc est, quæ tot habent syllabas in obliquis, quot in Recto.*
- 2 *Particulam (od) solemus præponere Ablatiuo; & significat, à, uel ab; & interdum, de; nonnunquam etiam Genitiuo, & significat idem; quod apud Italos (del, di, delli) & his similia.*
- 3 *Particula, sa, uel s', præponitur Septimo, & significat, cum; tamet si eadem possit etiam præponi Ablatiuo, si significet, ex; ut, s'kóga pùta, ex quo itinere.*

Nu-

Drugi primjer

Vlastita jednakosložna imenica

Jednina

<i>Nom.</i>	<i>oví</i> Pettar	<i>hic</i> Petrus
<i>Gen.</i>	Pètra	Petri
<i>Dat.</i>	Petrù	Petro
<i>Ak.</i>	Pètra	Petrum
<i>Vok.</i>	ò Pètre	ò Petre
<i>Abl.</i>	od Pètra	à Petro
<i>Sedmi</i>	s' Pètrom	cum Petro

Napomena

1. Na te se primjere svode gotovo sve imenice, i vlastite nejednakosložne, odnosno one koje u kosim padežima imaju više slogova nego u nominativu, i vlastite jednakosložne, odnosno one koje u kosim padežima imaju isto toliko slogova koliko i u nominativu.
2. Česticu *od* obično stavljamo ispred ablativa, i tada znači⁷ a ili ab, katkad de. Ponekad je stavljamo i ispred genitiva, a onda znači isto što i u Talijana *del, di, delli* i tome slično.
3. Čestica *sa* ili *s'* stavlja se ispred sedmoga padeža i znači *cum* premda se ona može staviti i ispred ablativa ako bi trebala značiti *ex* kao *s' kóga pùta, ex quo itinere*.

⁷ U latinskom jeziku.

26 INST. LING. ILLYR.

- 4 *Numerum Pluralem tribuimus Nomini-
bus Proprijs eo modo, quo Latini, cū dicunt,
Antonij, Pauli, Catones: quæ declinabimus
more Appellatiuorum.*
- 5 *Nomina Propria tum desinentia in, e, & o,
sive Primitiua, sive Diminutiua ferè sunt
parisyllaba ut, Yüre, Georgius: Yüra, Geor-
gij; Ivo, Ioannes: Iva, Ioannis; & alia hu-
iusmodi: quæ habent uocatiuum similem re-
flecto in utroque Numero: tum nonnulla de-
sinentia in, al, ar, & ay, sunt parisyllaba, ut,
Pàval, Paulus: Pàvla, Pauli: Måvar, Mau-
rus: Måvra, Mauri: Yüray, Georgius: Yür-
ya, Georgij.*
- 6 *Nomina Propria desinentia in, ay, si decli-
nentur Numero Plurali pro syllaba, ov, in
Genitiuo habent, ev; ut, Yüray, Yuryev:
quod etiam accidit in Ablatiuo.*

Exceptio.

*Possumus excipere ex desinentibus in, ar. No-
men Proprium, Hvár. Pharia Insula, &
Urbs. Hvára, Phariæ: & si qua sunt alia,
quæ huc congeri non possunt, imparisyl-
laba.*

4. Vlastitim imenicama množinu iskazujemo na isti način kao i Latini kad kažu Antonii, Pauli, Catones, a deklinirant ćemo ih kao opće imenice.
5. Vlastite imenice koje završavaju na *e* i *o*, bile one ishodišne ili umanjenice, uglavnom su jednakosložne kao *Yüre (Jure)*, *Georgius; Yüra (Jura)*, *Georgij; Ivo*, *Ioannes; Iva*, *Ioannis* i druge takve. One imaju vokativ sličan nominativu u oba broja. I neke imenice koje završavaju na *al*, *ar* i *ay /aj/* jednakosložne su kao *Pàval*, *Paulus; Pàvla*, *Pauli; Måvar*, *Maurus; Måvra*, *Mauri; Yüray (Juraj)*, *Georgius; Yürya (Jurja)*, *Georgij*.
6. Vlastite imenice koje završavaju na *ay /aj/*, ako se dekliniraju u množini, u genitivu umjesto sloga *ov* imaju *ev* kao *Yüray (Juraj)*, *Yuryev (Jurjev)*, a to biva i u ablativu.

Iznimka

Medu imenicama koje završavaju na *ar* možemo izuzeti vlastitu imenicu *Hvár*, otok *Hvar* i grad *Hvar; Hvára*, *Phariae* i ako postoje neke druge nejednakosložne koje ovdje ne mogu biti navedene.

Exemplum Primum.
Nominis Appellatiui imparisyllabi
Masculini.

Numero singulari.

Nom.	Oví Gòlub.	hic Columbus.
Gen.	Gòluba.	Columbi.
Dat.	Gòlubu.	Columbo.
Acc.	Gòluba.	Columbum.
Voc.	ò Gòlube.	ò Columbe.
Abl.	od Gòluba.	à Columbo.
Sept.	s'Gòlubom.	cũ Columbo.

Plurali.

Nom.	Oví Gòlubi.	hi Columbi.
Gen.	Gòlubov, uel golubâ, uel golubî.	
Dat.	Gòlubom.	
Acc.	Gòlubi, uel gòlube.	
Voc.	ò Gòlubi.	
Abl.	od Gòlubov, uel golubâ, uel golubî.	
Sept.	s'Golubimi, uel s'golubima, uel (s'golubî.	
Očf.	ù Golubih, uel golubî.	

Exemplum Secundum.

Nominis Appellatiui imparisyllabi
Masculini.

Numero singulari.

Nom.	Oví Vittar.	hic Ventus.
Gen.		

Prvi primjer
Opća nejednakosložna imenica
muškoga roda

Jednina

Nom.	oví gòlub	hic columbus
Gen.	gòluba	columbi
Dat.	gòlubu	columbo
Akuz.	gòluba	columbum
Vok.	ò gòlube	ò columbe
Abl.	od gòluba	à columbo
Sedmi	s' gòlubom	cum columbo

Množina

Nom.	oví gòlubi	hi columbi
Gen.	gòlubov ili golubâ ili golubî	
Dat.	gòlubom	
Akuz.	gòlubi ili gòlube	
Vok.	ò gòlubi	
Abl.	od gòlubov ili golubâ ili golubî	
Sedmi	s' golubimi ili s' golubima ili s' golubi	
Osmi	ù golubih ili golubi	

Drugi primjer

Opća nejednakosložna imenica
muškoga roda

Jednina

Nom.	oví vittar	hic ventus
------	------------	------------

28 INST. LING. ILLYR.

Gen.	Vitra.	Venti.
Dat.	Vitru.	Vento.
Acc.	Vitra.	Ventum.
Voc.	ò Vitre.	ò Vente.
Abl.	od Vitra.	à Vento.
Sept.	s' Vitrom. cum Vento.	
	Numero Plurali.	
Nom.	Vitri.	Venti. (torum.
Gen.	Vitrov, uel Vitarâ, uel Vitri, Vê	
